



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd Deus tres vitales spiritus crearet, vnum qui carne non tegeretur,  
alium qui carne tegeretur, sed non cum carne moreretur: tertium qui  
carne tegeretur,& cum carne moreretur. ix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D.BVRGHARDI. EPIS. VVORMAC.

Quod Deus tres vitales spiritus crearet, unum quis  
carne non tegetur, aliud qui carne tegetur, sed  
non cum carne moreretur. Tertium, quicunque te-  
geretur, & cum carne moreretur. Cap. IX.

Ex dialo-  
go Greg.

**H**abent etiam infideles fidem, sed vitam in Deum.  
Quam si vtiq; haberent, infideles non essent. Sed hinc  
in sua perfidia redarguedi sunt, hinc ad fidei gratiam pro-  
uocandi: quia si de ipso suo visibili corpore credunt quod  
minime viderunt, cur inuisibilia non credunt, quae corporaliter  
videri non possunt? Nam quia post mortem carnis  
viuat anima, patet ratio, sed fidei admixta. Tres quippe vi-  
tales spiritus creauit omnipotens Deus. Unus qui carne  
non tegitur, aliud qui carne tegitur, sed non cum carne  
moritur. Tertium qui carne tegitur, & cum carne mori-  
tur. Spiritus namque est qui carne non tegitur, angelorum:  
spiritus qui carne tegitur, sed cum carne non mori-  
tur, hominum: spiritus qui carne tegitur, & cum carne mori-  
tur, iumentorum brutorum omnium animalium. Homo  
itaque si in medio creatus est, ut esset inferior angelo,  
superior iumento. Itaque aliquid habet commune cum simo-  
mo, aliquid commune cum insimo. Immortalitatem scilicet  
spiritus cum angelo, mortalitatem vero carnis cum iu-  
mento: quousque & ipsam mortalitatem carnis, gloria  
surrectionis absorbeat, & inharente spiritui, caro seruetur  
in perpetuum: quia ipse spiritus inharente carni seruator  
in Deum. Quae tamen caro non in reprobis inter suppli-  
cias perfecte deficit: quia semper deficiendo subsistit, ut ap-  
spiritu & carne peccauerunt, semper essentialiter vi-  
entes, & carne & spiritu, sine fine moriantur.

Quod homo in prima conditione sua libero arbitrio  
donatus sit. Cap. X.

August.  
dicit in li-  
bro de Ci-  
uitate dei

**L**ibertati arbitrii sui commissus est homo statim prima  
conditione, ut sola vigilatia mentis ad initente, etiam per-  
cepta custodia, perseveraret, si vellet, in id quod creatus  
fuerat. Postquam vero seductione serpentis per Euam cedi-  
dit a naturae bono, perdidit pariter vigorem arbitrii, non ti-  
men electionem: ne non esset suum quod emedaret pecca-  
tu, nec merito indulgeretur quod arbitrio diluisset Manet  
ergo ad salutem arbitrij libertas, id est, rationalis voluntas,  
sed admonente prius Deo, & inuitante ad salutem, vivet.